ſiue terrenis ignib⁹ accendat̃: nec hūanarū
tantū carniū: ſed etiā beluinaꝝ: ⁊ vſqꝫ ad mi
nutiſſimos quoſqꝫ v̄miculos. Omnia enī hec
Act.17 vident iſtā lucē: at illa vita lux hoīm erat: nec
lōge poſita ab vnoquoq; nr̄m. In illa enī viuim⁹
⁊ mouemur ⁊ ſum⁹. Sꝫ lux in tenebris lucet
et tenebre eā nō cōprehēderūt.

De incarnatiōe v̄bi vt participes ei⁹ eſſe
poſſimus. Capitulum. II

Tenebre aūt ſunt ſtulte mētes hoīm:
praua cupiditate atꝫ infidelitate ce-
cate. Has vt curaret atꝫ ſanaret ver
bū: ꝑ qđ facta ſunt oīa: caro factū ē: ⁊ habita
uit ī nobis. Illumiatio quippe nr̄a ꝑticipatiō v̄-
bi dei eſt: illi⁹ ſcꝫ vite q̄ lux ē hoīm. Huic autē
ꝑticipationi prorſus inhabiles ⁊ min⁹ idonei
eram⁹: ꝓpter imundiciā pctōꝝ. Mūdādi er
go eram⁹. Porro iniquoꝝ ⁊ ſupboꝝ vna mū
datio ē ſanguis iuſti: ⁊ humilitas dei: vt ad cō
templandū deū qđ natura nō ſum⁹: ꝑ eū mū
daremur: factū qđ natura ſum⁹: ⁊ qđ pctō n̄
ſum⁹. De⁹ enī natura nō ſumus: hoīes natu-
ra ſum⁹: iuſti pctō nō ſum⁹. De⁹ itaqꝫ factus
hō iuſtus: interceſſit deo ꝓ hoīe pctōre. Non
enī cōgruit pctōr iuſto: ſꝫ cōgruit homini hō.
Adiungens ḡ nob ſilitudinē hūanitatis ſue:
abſtulit diſſilitudinē iniq̄tatis nr̄e. Et factus
ꝑticeps mortalitatis nr̄e: fecit nos ꝑticipes
diuinitatis ſue. Merito quippe mors pctōris
veniēs ex dānatiōis neceſſitate: ſoluta eſt ꝑ
mortē iuſti venientē ex miſericordie volūta-
te: dū ſimplū ei⁹ ꝯgruit duplo nr̄o. Hec enī cō
gruētia: ſiue ꝯueniētia: vel cōcinnātia: vł cō-
ſonātia: vel ſi cōmodi⁹ dicit̃: qđ ē vnū ad duo
in omī cōpaginatiōe: vel ſi meli⁹ dr̄ coaptati
one creature: valet plurimū. Hāc enī coapta
tionē: ſic mihi nūc occurrit dicere volui: quā
greci harmoniā vocāt. Neqꝫ nūc loc⁹ eſt: vt
oſtendā q̄tū valeat cōſonantia ſimpli ad du
plū: que maxīa in nob reperit̃: vt ſit nobis in
ſita naturaliter: a quo vtiqꝫ niſi ab eo q̄ nos
creauit: vt nec imperiti poſſint eā nō ſentire
ſiue ipi cātantes: ſiue alios audientes: ꝑ hāc
quippe voces acutiores grauioreſqꝫ ꝯcordāt:
ita vt q̄ſquis ab ea diſſonuerit: nō ſciam (cu-
ius expertes ſūt plimi) ſꝫ ipm ſenſū audit⁹ no
ſtri vehemēter offendat. Sed hoc vt demō-
ſtret̃: longo ſmōe op⁹ ē: ipis aūt aurib⁹ exhi
beri pōt ab eo q̄ nouit ī reglāri monochordo

De ſimplo ſaluatoris nr̄i qđ ad duplū no-
ſtrū cōcurrit ⁊ cōgruit. Ca. III

Verū qđ inſtat impſentiaꝝ quantum
donat deus: ediſſerēdū ē: quēadmo
dum ſimplū dn̄i et ſaluatoris nr̄i ie-
ſu xp̄i: duplo noſtro cōgruat ⁊ quodāmō cō-
cinat ad ſalutē. Nos certe (qđ nemo chriſtia-
nus ambigit) ⁊ anima ⁊ corꝑe mortui ſum⁹:
aīa ꝓpter pctm̄: corꝑe ꝓpter penam pctī: ac
ꝑ hoc ⁊ corꝑe ꝓpter pctm̄. Vtriqꝫ aūt rei no
ſtre. id ē ⁊ aīe et corpori: medicina ⁊ reſurre-
ctiōe opus erat: vt in melius renouaret̃: qđ
erat in deterius cōmutatū. Mors aūt anīe
impietas eſt: ⁊ mors corꝑis corruptibilitas:
ꝑ quā fit ⁊ aīe a corꝑe abſceſſus. Sicut enim
aīa deo deſerēte: ſic corpus aīa deſerēte: mo
ritur: vn̄ illa fit inſipiens: hoc exanime. Re-
ſuſcitat̃ enī aīa ꝑ pn̄iam: ⁊ ī corꝑe adhuc mor
tali renouatio vite inchoat̃ a fide: qua credi
tur in eū qui iuſtificat impiū: boniſqꝫ morib⁹
auget̃ ⁊ roborat̃ de die in diē: cuꝫ magis ma-
giſqꝫ renouat̃ interior homo. Corpus v̄o tā-
quā hō exterior: quāto ē hec vita diuturnior
tanto magis magiſqꝫ corrumpit̃: vel etate:
vel morbo: vel varijs afflictionib⁹: donec ve
niat ad vltimā q̄ ab hoībus mors vocat̃. Ei⁹
aūt reſurrectio differt̃ in finē: cū ⁊ ipa iuſtifi- 1.Joh.3
catio noſtra perficiet̃ ineffabiliter. Nūc eniꝫ Sap.9
ſimiles ei erim⁹: qn̄ videbim⁹ eū ſicuti ē. Nūc Job.7
vero q̄diu corpus qđ corrūpit̃ aggrauat ani Ps.142
mam: ⁊ vita humana ſup terrā tota tempta-
tio eſt: non iuſtificabit̃ in ꝯſpectu eius omis
viuēs: in cōpatione iuſticie qua equabimur
angelis: et glorie que reuelabit̃ in nob. De
morte aūt anīe a morte corporis diſtinguen
da: quid plura documenta cōmemorē: cū do
min⁹ in vna ſentētia euāgelica vtrāqꝫ mor- Mat.8
tē cuiuis facile diſcernendā poſuerit: vbi ait.
Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sepe
liēdū quippe corp⁹ mortuū erat: ſepultores
aūt eius ꝑ infidelitatis impietatē in aīa mor
tuos intelligi voluit quales excitant̃ cū dicit̃ Ephe.5
Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis: ⁊ illu
minabit te xp̄s. Deteſtat̃ aūt quandā mortē 1.Thi.5
apſtus dicēs de vidua: Que autem in delitijs
agit viuēs mortua ē. Anima igit̃ iam pia que
fuit impia: ꝓpter iuſticiā fidei dicit̃ ex morte
reuixiſſe atqꝫ viuere. Corpus aūt non tantū
moriturū ꝓpter anīe abſceſſum qui futurus
eſt: ſed ꝓpter infirmitatē tantū carnis ⁊ ſan-
guinis: quodā loco in ſcripturis etiā mortuū Rom.8
dicit̃ loquēte apoſtolo. Corpus quidē inquit
mortuum eſt ꝓpter peccatū: ſpiritus aūt vi-
ta eſt ꝓpter iuſticiā: hec vita ex fide facta eſt: Abac.2
qm̄ iuſtus ex fide viuit. Sed quid ſequitur. Rom.8
Si aūt ſpūs eius qui ſuſcitauit ieſum a mor-
tuis habitat in vobis: qui ſuſcitauit chriſtuꝫ
ieſum a mortuis: viuificabit ⁊ mortalia cor-
pora veſtra: ꝑ inhabitantē ſpm̄ eius ī vobis.